

- 1 Erhardus S. Rom: Imperij Comes Truchses de Wetze
hausus S. Cas. Maj. Camerae a puriore Ecclesia
Devius ostensus Diss: Theol. prof. G. Fitis D. et
M. Rubertus Othonis Helmst. 1652.
- 2 Desiderium et studium concordiae Eccles. G. Calixti 1650
- 3 De fide & operibus S. patris & Doctoris Aurelij
Augustini Episcopi Hipp: liber unq edita D. Henricis
A. dissertatio de hoc argto Eiusde Aut: Henr. 1652.
- 4 Dissertatio de Majestate Civili D. Joh: Hennichij
de sacris publicis, templis & diebus festis endirio
Autore M. Ioan: Hildebrand Helmst. 1652
- 5 De cultu S. Virg: Mariae ap. Pont: G. Calixt. 1650.
- 6 de primatu Rni Pontificis G. Calixt. 1650.
- 7 de S. Sera, prof. G. Calixto Aut. et Res. M. Ecardo 1649
- 8 de justifiacoe hom: coram iudicio Dei. G. Calixto
Resp: M. Gerh. Fitis. 1650.
- 9 de controversijs q̄ circa Eucharist. inter Catho
licos protestantes et Pont: incedunt preside
D. Gerh. Fitis Resp: Fr. Wl: Calixt. p. p. 1652
- 10 de S. Sera. ps: D. Gerh. Fitis Resp: Fr. Wl: Calixt. 1650
- 11 de S. Trinitat mysterio ps: Gerh. Fitis: et Fr. Wl: Calixt.
- 12 de immortalitate aīe G. Fitis: et Fr. Wl: Calixt. 1650
- 13 de Supremo iudicio & eterna beat. G. Fitis: et Fr. Wl: Cal.
- 14 de praedestinaēe G. Fitis: D. K. Com: d. illud 1650
- 15

DISPUTATIONUM THEOLOGO-
GICARUM PRIMA,

XXV

Qua

ΠΑΙΔΕΙΑ,

SEU

INTRODUCTIO

in Theologiam proponitur;

Quam

In Academia Hasso-Schaumburgicâ, Divinâ
aspirante gratiâ,

CONSENSU ET AUCTORITATE

Venerandæ & Amplissimæ Facultatis Theologicæ,

SUB PRÆSIDIO

M. PETRI MUSÆI

Professoris Publici,

Placida disquisitione subjicit

THEODORUS ENGELI HUXARIENSIS.

Ad diem VII. Id. Decembr.



T 16 A

RINTELII AD VISURGIM,

Typis exscripsit PETRUS LUCIUS, Typogr. Acad.

ANNO M DC XLIX.



P L U R I M Û M

REVERENDIS, CLARISSIMIS & Excellentissimis VIRIS,

DN. BALTHASARI MENTZERO, SS. Theol. Doctori, & in Academia Hassoschaumburgica Professore Publico, ejusdemq; hodiè Magnifico Rectori.

DN. JOHANNI GISENIO, S.S. Theol. Doctori, annos 44. in quatuor celeberrimis Academiis Professore.

DN. M. CHRISTIANO WINEKEN, Holzmindæ & Ducatus ibidem Illustriss. ac Celsissimi Principis ac Domini, DN. AUGUSTI Ducis Brunsvicensis ac Lünæburgensis Superintendententi Generali.

Dominiis Præceptoribus, Fautoribus, Patronis ac Promotoribus quovis observantia & reverentia cultu prosequendis Exercitium hoc Academicum in debita gratitudinis ac pietatis testimonium inscribit atq; offert

THEODORUS Engel / R.



PRÆSTANTISSIMO, ERUDITISSI-
moque Dn. RESPONDENTI, Fautori &
Amico meo pl. dilecto gratulor
ADOLPH-LUDOVICUS TAPPE,
J. U. Doctorandus.

PRæclarum Sophiæ studium sectarier, atq̃
Discere quæ graviter pagina sacra docet,
Est magnum, fateor, laudemq̃ ea fama meretur,
Quæ tamen hoc paucis tempore parta fuit.
Hæresis, ô dolor! hoc clamat, quæ vinea Christi
Fœdata est miserè, & nunc lacerata jacet:
Schismata testanturq̃; annon certamina, magnos
Heu! quæ cœperunt scindere Theiologos,
Divinæ Sophiæ debentur vix satis unquam
Exculta? queritur sic pia turba virum.
Hanc, studiosa cohors, igitur cole pectore toto,
Sublimi studio sternere sola viam:
Quæ potis est, nomen vestrum super astraq̃ tollit,
Tempore nec longo fata subire sinit.
Hic virtutis apex! grator, Theodore colende,
Quod, doctus Sophiam & dogmata sacra, clues.
Scande alacer cathedram, victorem digna sequentur
Præmia, FAMA, DECUS, GLORIA, NOMEN, OPES:
GLORIA, NOMEN, OPES sic te Theodore manebunt,
Quæis ARS & VIRTUS diva beare solent.



GRACIATISSIMO, FERDINANDI

AVGVSTI, REXIS SACISSIMAE

ROMANAE IMPERII, ARCHIDVCI

ADOLPHI-LUDOVICIUS TAFEL

J. M. Doctorandus

Pr. (de Solus hanc) hanc, etc.

Pr. hanc hanc hanc hanc hanc

Pr. hanc hanc hanc hanc hanc

Pr. hanc hanc hanc hanc hanc

Pr. hanc hanc hanc hanc hanc

Pr. hanc hanc hanc hanc hanc

Pr. hanc hanc hanc hanc hanc

Pr. hanc hanc hanc hanc hanc

Pr. hanc hanc hanc hanc hanc

Pr. hanc hanc hanc hanc hanc

Pr. hanc hanc hanc hanc hanc

Pr. hanc hanc hanc hanc hanc

Pr. hanc hanc hanc hanc hanc

Pr. hanc hanc hanc hanc hanc

Pr. hanc hanc hanc hanc hanc

Pr. hanc hanc hanc hanc hanc

Pr. hanc hanc hanc hanc hanc

Pr. hanc hanc hanc hanc hanc

Pr. hanc hanc hanc hanc hanc

Pr. hanc hanc hanc hanc hanc

Pr. hanc hanc hanc hanc hanc

Pr. hanc hanc hanc hanc hanc

Pr. hanc hanc hanc hanc hanc

Pr. hanc hanc hanc hanc hanc

Pr. hanc hanc hanc hanc hanc

Pr. hanc hanc hanc hanc hanc

Pr. hanc hanc hanc hanc hanc

Pr. hanc hanc hanc hanc hanc

Pr. hanc hanc hanc hanc hanc

Pr. hanc hanc hanc hanc hanc

Pr. hanc hanc hanc hanc hanc

Pr. hanc hanc hanc hanc hanc

Pr. hanc hanc hanc hanc hanc

Pr. hanc hanc hanc hanc hanc





ΠΑΙΔΕΙΑ,

ΣΕΥ

Introductio in Theolo-
giam, in antecessum ante locos
Theologicos ad disputandum
proposita,

R. THEODORO Engel / Huxariens.

S. I.



In Philosophia ita compa-
ratum est, ut nemo ad ullam discipli-
nam possit utiliter applicare ani-
mum, nisi secum adferat principio-
rum notitiam, cæteroquin à facultate
judicandi, *quidnam rectè aut non rectè* Arist. l. 1. de
ab eo, qui docet, exponatur, instructus: multò minus qui in *part. anim.*
summam & sanctissimam disciplinarum Theologiam se *c. 1.*
penetrare studet, ullum operæ pretium fecerit, nisi ad re-
rum tractandarum intelligentiam præcultus & præpara-
tus sit rectâ & sufficienti institutione, eò maximè, quòd
altissimo in fastigio supra naturam sunt posita, quæ ad
Theologiam pertinent. Quæ quatenus admittenda sint,
vel

vel rejicienda, nemo quisquam judicare poterit, nisi qui nōrit, qua ratione in considerationem veniant singula, & utrum cognitionis, an usus & operationis alicujus gratiā proponantur; quem tanquam ultimum finem sibi propositum habeant; omnium maximè, quibus ex principiis accerantur. Quorum peritiam Aristoteli morem gerentes appellamus *παιδείαν*, & damus in antecessum, quò lectoris animum ad rerum Theologiæ subjectarum tractationem præparemus.

§. 2. Theologia secundum illam significationem, quam ipsa vocis origo cuilibet græcæ linguæ gnaro ostendit, haud dubiè est quælibet de Deo & rebus divinis instituta oratio seu doctrina, quibuscunque ex principiis illa proficiscatur. Hinc Ægyptiorum, Græcorum & Romanorum de diis suis doctrinam, quantumvis vanissimam, Theologiæ nomine dignatur Eusebius. Et Augustinus poëtas, quoniam de diis carmina facerent, Theologos dictos fuisse testatur. Epimenidem quoque Diodorus Siculus Theologum appellat.

*l. II. παρ.
σχεω̃ς.
xix de ci.
vit. Dei c. 14.
l. 7, n. 21.*

§. 3. Sicut autem significatu usitatiori & magis proprio ea dicitur scientia, verbi gratiā, Ethica, Physica, Metaphysica, quæ de subjecto genere & speciebus sub eo contentis veras conclusiones ex veris & propriis principiis colligit & confirmat, relictâ haud dubiè judicandi copiâ, non nisi æquivocè eo nomine indigitari posse, si qua sit alia doctrina, quæ in eodem rerum subjectarum genere aut falsa doceat, aut quæ docet, ex falsis & inconvenientibus principiis accersat: similiter quæ de Deo traditur doctrina, si falsa & absurda contineat, non nisi *θεωρητικὴ* Theologia appellabitur, cujusmodi erant duo illa
Theo-

Theologiæ genera, quæ Varro præter *physicum*, teste Au-
 gustino, constituerat, alterum *mythicum* seu *fabulosum*, alte-
 rum *civile*. Hinc porro efficitur, ut strictiore significatu
 & magis proprio, magis etiam hodiè per usum approba-
 to, dicenda sit Theologia, quæ humanis ad inventionibus
 & commentis de Deo rejectis & damnatis, nil nisi quod
 verum est, de Deo & cultu divino doceat & amplectatur.

*l. vi. de civit.
 Dei c. 5.*

§. 4. Quanquam necdum quidem ab omni æqui-
 vocatione vox est liberata. Suppono enim, quæ de Deo
 cognoscuntur, esse in duplici differentia: alia lumini na-
 turæ pervia, seu ex principiis naturâ notis cognosci ido-
 nea; alia verò non nisi speciali quadam & longissimè su-
 pra naturam sibi relictam positâ revelatione patefacta.
 Hinc efficitur, ut Theologia seu doctrina, quæ de Deo
 possit haberi, prout veris principiis superstructa, distin-
 guenda sit in naturalem & revelatam, pertinentibus ad
 hanc doctrinis divinitus & modo omnem naturam su-
 perante revelatis; ad illam verò omnibus traductis,
 quæ de Deo per discursum ex operibus ejus lumine
 naturæ confectum cognosci possunt. Alteram cum
 altera comparanti maxima apparebit dignitatis & certi-
 tudinis inæqualitas. Naturalis enim valdè imperfecta est,
 cum ob eorum, quæ lumine naturæ de Deo cognoscun-
 tur, & paucitatem & notitiam erroribus obnoxiam, tum
 eò maximè, quòd etiam si verissima de Deo traderet, ta-
 men ad Deum colendum, sicut oportet, & assequendam
 aliquando æternam beatitudinem nobis viam minimè
 ostendat. Atque hanc ipsam ob causam Theologia reve-
 lata longè altiori in fastigio se collocat, quòd & plura &
 certiora, quin etiam eminentiori modo cognita & ad sa-

litem prorsus sufficientia doceat. Quin igitur καὶ ἐξοχήν seu secundum excellentiam, atque adeò simpliciter Theologia dicimereatur, contra quàm naturalis, cui tantum secundum quid, nec nisi cum appposito, eundem titulum tribuimus: id verò nullum dubium habet.

Rom. I, 19.

§. 5. Ad naturalem Theologiam pertinet, quod gentilibus de Deo cognitum fuisse testatur Paulus: τὸ γνωστὸν, inquiens, ὁ Θεὸς φανερόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς. ὁ γὰρ Θεὸς αὐτοῖς ἐφανερώσατο. τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτῶν ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καὶ ἰσχυροῦνται, ἢ τε αὐτῶν αὐτῶν δυνάμεις καὶ θεότης. *Id quod de Deo (lumine naturæ) cognosci potest, manifestum est in ipsis (gentilibus). Deus enim eis manifestum fecit. Ipsius enim invisibilia jam inde à condito mundo ex iis, qua fecit, animadversa pervidentur, aterna videlicet ejus tum potentia, tum divinitas.*

Dan. XI, 22.

§. 6. De revelata Theologia loquitur Daniel: *Deus, inquiens, revelat profunda & abscondita.* Et Paulus: *Neque ab homine id accepi, neque edoctus sum. sed per revelationem Iesu Christi.* Atque hæc est illa Theologia, in qua nunc curæ & cogitationes nostræ potissimum evigilabunt, alterâ naturali ad philosophiam theoreticam, cujus præcipuam partem constituit, rejectâ.

Gal. I, 12.

§. 7. Desideranti autem essentiam & naturam Theologiæ revelatæ paulò distinctius cognoscere nihil prius considerandum se offert, quàm subjectum, cui inest, & genus, sub quo illa proximè continetur. Post quæ deinceps investiganda veniet differentia, in fine & objecto & actibus circa objectum exercendis posita.

§. 8. Subjectum proximum & immediatum, cum res ipsa loquitur, esse intellectum, in quo quippe sedem suam habere constat, quicquid doctrinarum in hominem cadit:

cadit: tùm illud etiam manifestum est, Theologiam esse qualitatem permanentem. Quamobrem non inter actus qui transeunt, sed inter habitus, sive tales propriè, sive impropriè intellectui tribuantur, illam referri oportebit. Cùm autem habitus in intellectu collocati duùm sint generum, quorum alterum theoreticos, alterum practicos habitus complectitur: in hoc, an in illo genere ponenda sit Theologia, id ex fine ejus & actibus propriis paulò post explicandis proclive erit colligere. Nunc quomodo & unde Theologia in intellectum humanum descendat, etsi forte id in promptu est, strictim tamen monendum esse videtur, eò maximè, quòd qui hodiè Theologi audiunt, modo prorsus alio, quàm olim Prophetæ & Apostoli, comparare sibi ejusmodi habitum necesse habuerint. Illi enim divino afflatu ad docendum Dei verbum instructi erant, secundum illud Scripturæ sacræ testimonium: *Acti à Spiritu sancto locuti sunt sancti Dei homines.* Ad II Pet. I, 21. quod munus nos non nisi propriâ industriâ, summaque virium ingenii contentione, adhibitisque ad laborem multishuc facientibus adminiculis, præparamur & idonei reddimur. Unde quæ in Prophetis & Apostolis erat Theologia, habitus immediatè à Deo infusus fuisse; quæ autem hodiè quemcunque in hominem cadit, habitus acquisitus esse manifestò cognoscitur.

§. 9. Subjectum remotum & mediatum (sic autem appello, cui mediante intellectu inest Theologia) patet esse hominem, qui sicut ab intellectu intelligens, ita à Theologia intellectui inhærente Theologus appellatur. Cautio autem esto, ne omnes putentur esse Theologi, qui quocunque modo, quæ in Theologia tractantur, intelli-

gunt. Quò itaque pateat clariùs, cui insit Theologia, & titulus Theologi rectè tribuatur, considerandi erunt actus Theologiæ proprii, quos paulò post commemoratos & fusè explicatos videas.

§. 10. Posteaquam Theologiam habitum intellectualem, & hoc genus ejus esse constat, proximum est, ut ad ea veniatur, in quibus differentia, quæ dicitur specifica, consistit. Sicut autem & finis & objectum actibus, ita actus habitibus essentiam specificam seu τὸ τί ἦν εἶναι impertiunt. Hunc itaque ordinem in docendo quoque observari, non abs re fuerit.

Gal. 7, 6.

§. 11. Finis proximus (sic autem appello finem, ad quem naturâ suâ & proximè referuntur actus Theologiæ proprii, inferiùs explicandi) est *fides per charitatem efficax*, hoc est, fides quæ gratiam Dei & meritum Christi apprehendit, & declaratur per opera à caritate profecta, ad vitæ emendationem & sanctificationem ordinata. Finis remotus & ultimus, cujus respectu finis proximus meditationem habet, est *beatitudo* seu *salus aterna*, quippe ad quam mediante fide omnia referuntur, quæ Theologia tradit; nec post beatitudinem datur alius finis, in quem ipsa referatur. Utrumque conjungit Apostolus & Evangelista Johannes: *Hæc, inquit, scripta sunt, ut credatis, quòd Iesus est Christus ille filius Dei, & credentes vitam (aternam) habeatis per nomen ejus.* Loquitur quidem de fine Scripturæ sacræ. At hujus idem est finis, qui Theologiæ. Quæ enim in scriptura revelata sunt, Theologia explicat & confirmandis fidei articulis accommodat, ceu paulò post manifestum erit. Confer interim Rom. xv, 4. II. Tim. III, 16, 17.

Evang, c. xx.
v. 31.

§. 12.

§. 12. Quia autem omnis finis eatenus est bonus & expetitur, quatenus alicui subjecto est conveniens: inde porrò efficitur, ut finis duo includat, subjectum & bonum subjecto conveniens, quorum alterum ab altero divelli nec potest nec debet, siquidem idem, quod unius, etiam alterius gratiâ fieri, manifestum est exemplo medicamenti, cujus finis nō est sola sanitas, nec solus homo, sed sanitas homini acquirenda. Etsi verò junctim sumpta unum finē constituunt: quia tamen differunt, ut subjectum, & subjecto conveniens bonum, illud discriminis causâ finis *cui*, hoc finis *cujus* in philosophorum scholis appellatur, Arist. 11. de anim. c. 4. terminis mutilatis, & dubio procul ab Aristotele acceptis. Eundem in modum, ut eò, unde digressus sum, revertar, in Theologia finis *cujus* est fides, & mediante fide, vita æterna. Finis *cui* est homo peccato corruptus. Hic enim est, cui adminiculo Theologiæ & fides & per fidem vita æterna quæritur. Nec diversi à nobis eunt, qui, quem nos finem *cui* appellamus, subjectum operationis appellant. Quanquam isthæc appellatio, quæ in omnibus disciplinis practicis rectè usurpatur, in sola Theologia videri possit minus congrua. Nam subjectum operationis secundum usum communem & receptum illud dicitur, in quod qui habitum tenet, illius ductu & ope finem propositum introducit, veluti faber lignarius in lignum figuram sellæ. Dura autem erit locutio, si Theologus sive in seipsum sive in alium fidem & beatitudinem æternam dicatur introducere. Cum enim utraque sit donum Dei, à Deo etiam utramque in hominem introduci quis dubitat? Sano tamen sensu Theologo tanquam causæ instrumentali, cujus ministerio Deus utitur, idem potest tribui,

hui, quod Deo tanquam causæ principali simpliciter competit.

§. 13. Objectum Theologiæ quodnam sit, ex fine proximo cuius in promptu est colligere. Cum enim finis sit fides per caritatem efficax, efficitur, ut Theologia omnia consideret, quæ sive ad fidem pertineant, sive sub operationem à caritate profectam & ad mores attinentem cadant. Quorum alia sunt veluti principia, quibus fas est sine discursu ad sensum præberi; alia verò ex principiis per necessariam & evidentem consequentiam concludi & confirmari nata facta.

§. 14. Sicut autem in omnibus disciplinis id quod consideratur, & ratio sub qua aliquid consideratur, distinguuntur; & illud materiale, hoc formale objectum appellatur: ita quoque in Theologia ea duo discerni, non modo utile, sed necessarium fuerit. Materiale objectum inadæquatum est unumquodq; particulare fidei aut morum dogma; adæquatum verò est omnium tam credendorum, quam agendorum complexio. Formale objectum est revelatio divina & supernaturalis, quippe sub qua in considerationem veniunt omnia fidei & morum dogmata, quæ in Theologia explicantur, confirmantur & defenduntur. Coeteroquin insignis est objecti formalis utilitas, quæ ex dictis nullo negotio colligitur. Videlicet sicut plura objecta valde diversa non aliam ob causam, quam quòd sub una formali ratione consideranda veniunt, ad unam disciplinam seu scientiam referuntur, sicut philosophis notum est: ita si contingat, ut eadem objecta etiam ad aliam disciplinam vel scientiam porrigantur, sub diversa ratione considerari postulant. Ex quo efficitur, ut
per

per formale objectum, sive per formalem rationem objectivam, quem nonnulli modum considerandi appellant, una disciplina ab altera discernatur & separetur. Hunc in modum revelatio divina & supernaturalis Theologiam à reliquis omnibus disciplinis distinguit & separat, in quibus quicquid consideratur, ad lumen naturæ ita exigitur, ut non aliter admittatur, quàm quatenus recta ratio docet: in quo principio omnis assentiendi vis & ratio, omne momentum ponitur. Secus autem fit in Theologia, ubi quicquid proponitur, ad revelationem divinam & supernaturalem examinatur, nec aliter admittitur, quàm quatenus cum illa congruit, nec quicquam aliter rejicitur, quàm quatenus ab illa deerrat. Quæ autem sit revelatio divina & supernaturalis, ibi omnium commodissimè explicari poterit, ubi de Scriptura sacra agendum erit, quæ revelationem contineri credimus, nec ullam agnoscimus, præterquam quæ per scripturam nobis innotuit.

§. 15. Quod porro in qualibet disciplina contingit, ut ad miniculo habitus circa res subjectas sub propria formaliratione promptè & expeditè eliciantur actus, qui sive affirmando sive negando verum enunciant: idem in Theologia, & quidem ipsius præsidio fieri oportere, nemo ignorat. Objecto itaque ejus sub propria formali ratione constituto, eamus visere actus circa objectum eliciendos. Utrum autem ipsa Theologia tanquam habitus una cum intellectu concurrat, & per modum causæ efficientis in actus influxum præbeat; an verò intellectum inclinet ad eos, & tantum per modum causæ formalis facilem & expeditum reddat: quorum posterius

C

Men-

Mendozæ, prius plerisque placet: id tanquam à præsentî tractatione alienum ad philosophos rejicitur, quò quæ directè ad propositum pertinent, & magis necessaria sunt, locum inveniant.

§. 16. Omne actum, quo intellectus sive affirmando sive negando verum enunciat, esse vel theoreticum vel practicum, nec dari tertium, ita in promptu est, ut res disputatione non egeat. Ducta autem est distinctio à fine, ad quem actus ordinantur non ex intentione hominis ipsos elicientis, sed ex indole & natura habitûs, ad quem pertinent, siquidem hac ratione vel ad praxin referuntur, vel in theoria terminantur. Et quemadmodum actus à fine; sic porrò habitus ab actibus theoretici vel practici denominantur. Quales autem sint Theologiæ actus, & proinde utro habituum genere ipsa contineatur, venit in controversiam, cui dirimendæ operam duros oportebit memoriam mittere in finem Theologiæ superius explicatum, & utrum ille theoria sit, an praxis, paulò accuratius inquirere. Quod tamen cum non prius possit expediri, quàm discrimen inter theoriam & praxin sit exactè cognitum, ab hoc exordiendum erit.

§. 17. Theoria ab actu, cuius finis est, & quem theoreticum denominat, reapse nihil differt, nisi quòd secundum nostrum concipiendi modum explicari per negationem solet, quò rectius & facilius à praxi distinguitur. Cum enim actum aliquem theoreticum esse, seu propter theoriam fieri dicimus, haudquaquam significamus finem ab actu distinctum: quin potius hac appellatione implicite negamus, actum ad dirigendam operationem à se distinctam ordinari. Theoria itaque & actus

Actus theoreticus, prout homini tribuitur, erit quilibet actus intellectus, qui non dirigit hominem seu aliquam ejus potentiam ad operationem, veluti occupatus in objecto, quod non cadit sub humanam operationem; sed propter seipsum expetitur, seu potius propter veritatem, quam quatenus verus est, in seipso formaliter continet, atque adeò in seipso & objecto suo terminatur. Praxis rationem Theoriæ planè contrariã consecuta ab actu, cujus finis est, plurimum differt, nec illum nisi extrinsecè practicum denominat. Est enim actus practicus cognitio intellectus dirigens potentiam ad operationem, quam ipsi præscribit. Praxis verò (voce latius acceptâ, quàm capit Aristoteles, cum à *ποιήσει* distinguit) est illa ipsa operatio, ad quam potentia actu practico dirigitur. Neque omnis potentia vitalis nata est idonea, quæ secundum directionem actus practici operetur; sed illa tantum, quæ subjecta est voluntatis imperio, quo mediante fit & directio & executio. Primum enim cognitio intellectus, quæ practica dicitur, operationis vel operis bonitatem exhibendo movet voluntatem, quantum in se est, & eò dirigit, ut operationem sive opus sibi ostensum velit fieri: cujus imperio, nisi impedita fuerit, sine mora obtemperat potentia, à qua executio pendet, & proinde in rem abit ipsa operatio, quæ directioni actus practici respondet.

§. 18. Quod si verò ea est formalis ratio praxeos, quam modò exposuimus, cuius nostram declarationem pensitanti luce meridianâ clarius erit, posse praxin etiam actum intellectus esse, non minus quàm sit alterius potentia actus: siquidem certum est & venit in confes-

intellectum etiam circa quædam saltem objecta dependere à voluntatis imperio, nunc quoad exercitium tantum, nunc etiam quoad speciem actus. Imò quam theoriam appellavimus, posse certo modo & respectu esse praxin, eodem argumento concluditur. Quod adfertur ne latius, quàm oportet, extendatur, discriminis causâ theoriam in liberum & necessarium actum secare expedit. Liber actus erit, cum intellectui à voluntate secundum directionem actus practici imperatur, sive quoad exercitium duntaxat, veluti cum Mathematicus aliquis hodiè contemplatur stellas, quia sic heri constituerat, sive etiam quoad speciem actus, veluti cum intellectus sibi relictus contemplando fertur super mundi originem, & rationibus probabilibus, quibus non convincitur, accedente voluntatis motu inductus statuit seu cum assensione cogitat, mundum esse æternum. Theoria porro erit actus necessarius, si neutro modo, neque quoad speciem, neque quoad exercitium, à voluntatis motu dependeat: cuiusmodi in demonstratione est theoria circa conclusionem, posteaquam intellectus principiis ad sensum præbuit: tum enim contemplando etiam fertur super conclusionem, & illi necessariò assentitur, adeò ut neque species huiusmodi actus neque exercitium dici possit à voluntate imperari. Non posterioris huius, sed prioris modi theoriam certo respectu praxin esse, luculenter patet.

§. 19. Quibus ita in actu signato consideratis, si porro in actu exercito explicandum sit, quod in quæstione erat, utrum finis Theologiæ theoria sit, an praxis: pronūciari aliter de fine proximo, aliter de ultimo oportere, nemo

nemo non intelligit. In finem ultimum, quem constat esse æternam beatitudinem, exactè cadit, quicquid theoria tributum fuit: puta quòd sit actus intellectus (quia consistit in clara seu intuitiva Dei visione, quæ non potest non esse actus intellectus) & quidem hujusmodi, ut non ordinetur ad operationem, sed in Dei contemplatione terminetur. Neque verò erit theoria intellectui à voluntate secundum directionem actus practici imperata; alioquin hac ratione esset actus liber & praxis naturam indueret: sed pendeat à lumine gloriæ beatorum intellectui infuso, in quo Deus, & quicquid est in ipso formaliter, sive ad essentiam, sive ad propria ejus attributa referatur, tam clarè relucebit, ut beatis Dei clarè cognoscendi necessitas imponatur, qua & directionem actus practici & voluntatis imperium excludi, manifestum est. Ex quibus efficitur, ut actus Theologiæ proprii ab intuitiva Dei visione, ad quam tanquam ad ultimum finem referuntur, neque theoretici neque practici dici possint. Practici enim non sunt, quia lumen gloriæ, à quo illam profecturam esse dixi, non dirigunt, nec juvant. Multò minus theoretici erunt. Nam ille actus dicendus erit theoreticus ab intuitiva Dei visione, qui illam attingit, & in ea terminatur: qualis non est ullus nostræ Theologiæ actus, sed qui in patria eliciendus pendeat à lumine gloriæ, quo in via caremus.

§. 20. Finis autem proximus, cujus appellatione est jam antè insinuata fides per caritatem efficax, ratione fini ultimo contrariâ est vera praxis, non modò quantum attinet ad operationem, per quam fides mediante caritate sese exferit, quam praxim esse nemo negabit; verum

etiam si ipsa fides, sive ut actus intellectus (de quo dubitari poterat) sive ut actus voluntatis spectetur. Utroque enim modo fides actu aliquo intellectus objecti vel credibilitatem vel bonitatem monstrante dirigitur, nec à potentia, quæ executioni valet & vacat, nisi imperante seu movente voluntate, unquam elicitur. Adsumo in exemplum fidei pro actu intellectus acceptæ, cum intellectus de divina inspiratione sacræ scripturæ argumento aliquo certior factus iudicat, credi dignum esse, quod scriptura sacra docet, Deum unum in essentia esse trinum in personis. Quo iudicio haud dubiè voluntas extrinsecè dirigitur, cum auxilio gratiæ sublevata, quanquam liberè, movetur & impellitur, ut propositum de Trinitate dogma credi velit & jubeat. Cujus imperio intellectus obtemperans (non enim voluntati potest refragari, cum fertur super objectum obscurè revelatum; cujusmodi est quodvis fidei mysterium) mox propositum dogma non quocunque modo credit; sed indubitato ad sensum amplectitur, non propriis, sed gratiæ viribus, quas istum in finem à Deo adeptus est. Maneat itaque in confesso, supernaturalem credendi actum esse veram praxin, etiam eatenus, quatenus ad intellectum pertinet, cum modò evidenti exemplo comprobatum sit, illum à voluntate imperari, secundum prævii actus directionem. Sed enim sit fortè, qui fidem in agnoscenda personarum Divinarum Trinitate terminatam theoriam, atque adeò nihil minus, quàm praxin esse objiciat. Cui objectioni discutiendæ non necessarium est operosè disputari, utrùm fides modò descripta in objecto credito tanquam theoria terminetur, quanquam contrarium probatu haud difficile;

cile; sed sufficit, quòd eo posito, in promptu sit haudquaquam inde effici, ut fides praxis esse desinat: siquidem supra evictum est, theoriam certo modo & respectu posse esse praxin, puta quatenus contingit, ut intellectus ad illam prævio actu pratico dirigatur. Quo pacto intellectum ad fidem dirigi, nunc ita in aperto est, ut nemini amplius dubium videri queat. Multò minus dubitari potest de fide, prout est actus voluntatis; non imperatus ab ipsa, sed elicitus, situs in fiducia. Tametsi enim non omnis actus voluntatis praxis est, siquidem adfectum simplicem, quem complacentiæ nomine appellant, sæpè sola præcedit objecti apprehensio, quæ ut iudicium practicum non est, ita nec subsequens voluntatis actum tanquam praxin dirigit: verumtamen cum voluntas aliquid vult efficaciter, veluti cum fiduciam in Christi merito collocat, ad eliciendum ejusmodi actum sine dubio à pratico iudicio dirigitur. Neque enim potest fieri, ut voluntas quicquam velit efficaciter, nisi intellectus id minimum possibile esse affirmaverit. At ejusmodi affirmatio est ipsum iudicium, quo subsequens voluntatis operatio dirigitur.

§ 21. Apud Aristotelem invenio definitionem praxeos strictiorem, quàm quæ huc possit accommodari. Sicut videlicet *ποίησις* ipsi est, *cujus in faciente principium* Lib. VI. Met. est, veluti intellectus, aut ars, aut potentia aliqua: ita *ἔργον*,^{6.1.} quam strictiore significatione à *ποίησι* distinguit, ipsi dicitur quævis operatio, *cujus principium in agente est electio*. Fidei autem principium non esse in homine credente, sed in Spiritu sancto per verbum operante, Sacra Scriptura nos edocet. Cui haud dubiè consequens est, fidem secundum

dum adductam Aristotelis definitionem non esse proximam. Verumtamen non dubito, quin dextrâ adhibitâ declaratione, licet Aristoteli ignotâ, definitio ejus possit ampliari & latius extendi. Scilicet principium, quod est in agente, quantum ad præsens attinet, potest esse duplex: naturale, ut voluntas sibi relicta, aut electio propriis voluntatis viribus elicita; & supernaturale, ut auxilium gratiæ. Si itaque praxis illa esse dicatur, cujus principium est in agente, sive naturale, sive supernaturale, nullum est dubium, quin definitio etiam fidem actualem comprehendat, cujus principium licet sit supernaturale, est tamen in credente, posteaquam ei divinitus est concessum; & in ipso operatur.

§. 22. Summa dictorum huc redit, quod finis Theologiæ proximus, hoc est, fides per caritatem efficax sit vera praxis, sive operatio; per quam fides sese exerit, sive ipsa fides secundum se spectetur; sive hæc pro actu intellectus, sive pro actu voluntatis capiatur. Quo evictò, cum illud etiam manifestum sit, dari oportere actus prævios, qui hominem ad propositum finem dirigant: porro non dubitari potest, quin ejusmodi actus sint practici, & sacrosanctam disciplinam, in quam referunt originem suam, in habituum practicum numero ponant. An verò tota Theologia sit practica, nec ullis nisi actibus practicis eliciendis nata, id verò nonnulli in controversiam adduxere, nec sine probabili causa. Multa enim in Theologia considerantur, quæ secundum se spectata in numero τῶν πρακτικῶν haberi haudquaquam sustinent, ut sunt: Deum unum in essentia esse trinum in personis: Christum esse verum Deum &c. Actus igitur, quibus ea & similia

similia enunciantur, cum sint Theologiæ proprii, non tamen videntur esse practici, quia nullam operationem præscribunt, Quo argumento non mirum est, quosdam moveri, ut Theologiam aliqua parte tenus Theoreticam esse sibi persuadeant.

§. 23. Sedenim fixum nobis & indubitatum maneat, totam Theologiam esse practicam. Cum enim re accuratius pensitata non apparet, quomodo disciplinæ unum communem finem sibi & actibus suis propositum habenti possit sine repugnantia convenire, ut sit theoretica simul & practica: tum verò nec de actibus prænominatis verè pronuciari poterit, illos in Theologia nullo modo esse practicos. Neque enim Sacrosanctæ disciplinæ invideri potest interpretatio aliis disciplinis practicis usitata, secundum quam actus, qui explicitè & formaliter practici non sunt, implicitè & virtute seu potestate istiusmodi habentur: quorum exempla circumspicienti in Ethicis & Politicis aliquàm multa se in conspectum dabunt. Eodem jure & pari operâ omnes Theologiæ actus practicos esse facilè ostendas. Possunt autem duo eorum genera constitui, quorum altero dogmata fidei, altero dogmata morum continentur. Cum dogma aliquod fidei proponitur, credendum esse rarò quidem expressis verbis pronuciatur, cuiusmodi est illud: *Accedentem ad Deum* Heb. xi, 6. *oportet credere, quia est, & quia remunerator est.* Aliàs ut plurimum actus credendi tanquam notus tacetur, sive quia fides est finis Theologiæ, quem oportet esse præcognitum; sive quia cuiusvis dogmatis sub divina revelatione propositi consequens est, ut credi oporteat. Cum itaque tanquam divinitus revelatum proponitur hoc dogma:

D

Deus



Deus unus in essentia est trinus in personis; secundum naturam objecti credibilis sub divina revelatione propositi interpretari debemus per istud iudicium practicum: *Credendum est, Deum unum in essentia esse trinum in personis*. Atque ita prior actus, qui explicitè & formaliter non est practicus, erit huiusmodi implicitè, seu si mavis, interpretativè. Simile iudicium esto de quo vis alio dogmate fidei, quod sine mentione actus credendi proponitur. Dogmata autem morum ut plurimum actibus explicitè & formaliter practicis enunciantur, cuiusmodi sunt: *Deus est colendus: patientiâ vobis opus est: sectamini pacem & sanctimoniam*. Deinde etiâ ex proposito dogmate fidei interdum pronâ consequentiâ morale præceptum efficitur, veluti cum *Christus verus Deus esse* dicitur, adhibito discursu nemo potest ignorare, *Christum esse diuino cultu prosequendum*, cum veri Dei necessarium consequens illud sit, ut coli debeat. Sic ex illis effatis, quib. opera Dei aut attributa efferuntur, veluti Omnipotentia, Justitia, misericordia, omniscientia; moralia præcepta de Deo colendo, diligendo, timendo pronâ consequentiâ deducuntur. Actus verò, qui explicitè & formaliter non est practicus, si modò intellectum ad cognoscendum seu inferendum actum practicum determinat, censendus erit implicitè seu potestate practicus, eoq; magis, quod inter alia etiâ hac finitum in Theologia tum in scriptura proponi videatur, ut ejus quod in genere morum à nobis requiritur, præfertim cultus Deo deferendi iudicium faciat. Quæ cum ita sint, abesse non potest, quin tota Theologia sit practica, nisi ad practica disciplinam, quam secundum se totam velis esse practica, illud requisiveris, ut omnes ejus actus sint
 expli-

Heb. x, 36.
 III, 14.

Explicitè & formaliter practici: quod nullâ ne probabili quidem ratione, nec exemplo cæterarum disciplinarum, quas practicas esse nemo negat, probatum dari poterit.

§. 24. Posteaquam actus in intellectu præsidio Theologiæ natos practicos esse constat, porrò dispiciendum erit, quomodo hominem ad propositum finem dirigant: siquidem illud etiam ad *παιδείαν* si non omninò, saltem aliqua ex parte pertinet. Est autem sacrosanctæ disciplinæ cum cæteris practicis commune, quòd hominem ad duplices actus formandos instruit, quorum alij ipsum proximè, alij remotè ad operationem ducant. Prioris generis actus sunt, qui sine alterius actus dirigentis interventu voluntatem & mediante hujus imperio potentiam executricem ad operationem dirigunt, vel potius utrique ad operationem dirigendæ sufficiunt, permisâ interim voluntati libertate suâ, qua illa tantum valet, ut directionem etiam sufficientem non rarò excutiat. Hujusmodi autem directiò non à quovis actu practico expectanda erit, sed ab illo potissimum, qui non modò operationem, verum etiam modum & rationem, vel alias circumstantias, quas oportet in operando observari, præscribit. Posterioris generis actus sunt, inter quos & operationem intervenire alium actum dirigentem oportet. Signanter autem non actum voluntatis, sed operationem nomino. Interdum enim voluntas ab actu operationem præscribente proximè dirigitur ad actum desiderij, hoc est, ut velit operationem præscriptam fieri: nec tamen eò dirigitur, ut illam executioni mandet, sive per seipsam, sive per aliam potentiam huic muneri natam. Ejusmodi directionis exemplum erit,



cum intellectus voluntati Deum tanquam colendum proponit, tum quidem voluntas per dictamen intellectus poterit adduci, ut efficaciter velit, Deum coli: ad cultum autem ipsum Deo reapse exhibendum non nisi specialiori iudicio dirigitur, quo quomodo Deus sit colendus, sibi porro præscribi postulat. Non igitur actus aliquis propterea remotè practicus erit, quasi ad nullum actum possit proximè voluntatem excitare; sed quòd ad operationem, quam præscribit, seu potius illius executionem non nisi interveniente alio actu dirigat.

§. 25- Ad actus remotè practicos in Theologia referendum est, cum promissiones divinæ in thesi proponuntur, non factæ ad determinatam personam accommodatione, v. g. quòd Deus peccatoribus seriâ poenitentia ductis peccata propter Christi meritum se condonaturum esse promisit. Cum autem thesis ad hypothesein transfertur, veluti cum quis sibi promissionem accommodat, seu tanquam sibi factam verâque fiducia amplectendam proponit, actum proximè practicum formabit, quo voluntas ad confidendû Christi merito, divinæq; promissioni acquiescendum sine alterius actus intervenitu dirigitur. Quæ distinctio eò maximè est necessaria, quòd fides nostra non sit salvifica, nisi promissiones divinas in hypothesei apprehendat, ita quidem, ut qui credit, quod à Deo promissum est, etiam sibi promissum credat, & salutariter applicet, ne verâ fiducia, quæ illam applicationem consequitur, careat.

§. 26. Deinde etiam aliâ ratione potest fieri, ut actus Theologiæ hominem ad propositum fidem mediatè seu remotè dirigant. Videlicet quidam actus proximè &
imme-

immediatè regunt ministerium seu operam verbi divini præconum; sed mediante rectâ ministerij eorum moderatione efficiunt, ut in auditorum animis excitentur & cum assensione producantur actus, qui ad fidem & mores ducant. Hi possunt dici communes, quia ea præscribunt, quæ sive creditu sive factu ad salutem omnibus sunt necessaria. Illos verò rectè proprios dixeris, quia non ad omnes Christianos pertinent, sed solos verbi divini præcones & ministros informant, nec nisi ad functionem ministerij proximè dirigunt, quandoquidem modum gubernandæ Ecclesiæ, convertendi peccatores, & conveniter adhibendi media, sine quibus ordinariè non contingit ullum converti, præscribunt.

§. 27. Refert autem non parum, utrum Theologus actus suos ad alterum referat; an sibi bono eliciat, in memoriam sibi revocans, quid agendum, quid credendum sit, ne cœlesti hæreditate excludatur. Posterius præstare potest sine discursu, utpote qui species ex discursibus olim habitis relictas retinuit, quarum adminiculo actus practicos nullo negotio elicit: quanquam eatenus habet se, ut Christianus potius, quàm ut Theologus. Prius verò, quod plus requirit operæ, ipse docendo peragit, hanc ob causam monitus à Paulo Apostolo, ut sit *II Tim. II,* διδακτικός, hoc est, *ipius ad docendum.* Fortè autem non *24.* u-
nò contingit modo, ut aliquis doceat. Idcirco ante omnia dispiciendum erit, quid sit docere, & quomodo Theologus docendi munus obeat.

§. 28. Aristotelí docere idem est, quod causas rerum reddere, sive simpliciter, sive in determinato entis genere. Οὗτοι, inquit, διδάσκουσιν, οἱ τὰς αἰτίας λέγοντες *l. I. Met. c. II.*

ἔξαρον. Quomodo docent physici seu naturæ exploratores, cum affectionum cœli vel terræ & naturalis cujusque corporis causas, quas non penitus occultè fert natura, adsignant. Hunc autem in modum non docet Theologus, qui proposito quocunque fidei dogmate, nihil habet antiquius, quàm ut illud à Deo sive explicitè sive implicitè revelatum esse ostendat, frustrà sollicitus de causis, quas reddere nemini mortaliū datum est. Cum enim omnia evidenter nota sunt, quorum causæ cognoscuntur, tum verò quæ à Deo revelata sunt, etsi talibus verbis efferantur, quæ significationem & sensum haud occultè ferant, rerum tamen obscuram speciem intellectui nostro imprimunt; atque hinc vel maximè patet, illa non esse hujusmodi, ut ad scrutandas causas possint ulli mortaliū proponi. Certè Deum unum in essentia esse trinum in personis credimus: Causam verò adsignare quis ausit?

lib. I post. c. I.

§. 29. Cum autem *omnis doctrina fiat ex precedente aliqua cognitione*, sicut alibi Aristoteles ait, verbo docendi latius accepto, saltem id ab omni docente requiritur, ut quod discipulis proponit, ex certis & convenientibus principiis deducat & confirmet, etiamsi discursum suum non possit resolvere in demonstrationem, quæ causam contineat. Hæc latiore verbi istius significatione etiam Theologiæ objectum esse διδασκόν seu aptum doceri, eò minus dubitari potest, quò certius in promptu est principium, ex quo ejusmodi doctrina proficiscitur, quod sacram scripturam appellamus. Cum itaque discipuli sint Christiani, agnoscant, esse divinitus revelatum & verum, quicquid in Sacra Scriptura continetur: hoc veluti

uti principio supposito, partes erunt Theologi docere, quid in Sacra Scriptura contineatur. Docet autem id bifariam: primum, cum ostendit, quinam sit genuinus verborum scripturæ sensus, illorum imprimis, quibus aliquod dogma fidei vel morum traditur: deinde cum ex ipsissimis scripturæ effatis, posteaquam genuinum eorum sensum exposuit, porrò conclusiones deducit, seu quid ex illis necessitate & evidentia consequentiæ conficiatur, planum facit. Prior actus interpretatio, posterior confirmatio appellari solet. Quibus accedit tertius actus, quo sacra doctrina ab erroribus vindicatur, cuius obeundi necessitas oritur ex hypothese per accidens datâ, puta, quia nonnulli sanam doctrinam oppugnant, & erroribus conspurcant, quod per accidens fieri manifestum est. Quanquam nunquam defuerunt, nec deerunt, qui veritati bellum moveant: atque hanc ob causam oportebit Theologum à facultate confutandi errores haud infra mediocritatem instructum esse, quemadmodum in Doctore Ecclesiæ requirit Paulus, ut sit δυνατός καὶ παρακαλεῖν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῇ ὑγιαίνουσῃ καὶ τοὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν, hoc est, ut possit (auditores) & exhortari doctrinâ sanâ, & contradicentes convincere. Sunt enim, inquit, multi etiam inobedientes & vaniloqui & mentium deceptores, maxime qui sunt ex circumcissione. Quibus oportet os obturare, &c. Sed enim operæ erit singulos tres actus paulò distinctius considerare.

§ 30. Interpretatio circa expressa scripturæ verba, hac fini, ut genuinus eorum sensus innotescat, suscipitur. Nec aliter nunc à confirmatione & defensione distinguitur, quàm quatenus hi duo actus ad objectum à sensu

sensu scripturæ distinctum, hoc est, ad conclusiones ex scriptura deducendas accommodantur. Cæteroquin etiam circa ipsum scripturæ sensum pro re nata adhibentur, atque adeò interpretationi inserviunt. Etsi enim fixum atq; immotum interpretationis fundamentum est, quòd quàm maximè potest fieri, acquiescendum sit sensui, quem intellectus sine discursu apprehendit & concipit, prout cogitando fertur super verba naturaliter, secundum communem eorum usum & significationem: nonnunquam tamen recedendi ab eo necessitas manifesta se ostendit, ex qua evidenter perspectâ per discursum conficitur & confirmatur, alium esse verborum sensum, quin etiam quisnam sit, id ipsum discursu tunc investigatur & persuadetur. Similiter cum adversarij verum scripturæ sensum negant, aut in dubium vocant, aut falsum, at erroribus suis palliandis idoneum comminiscuntur: nihil certè magis bono interpreti incumbit, quàm ut verum & genuinum sensum à corruptelis vindicatum eat. Atq; ita etiam interpretatio confirmationem & defensionem tanquam actus sibi in suo genere inservientes includit, nec potest illis carere, cum sit actus docendi, cujus proprium esse diximus, ut per illum aliquid ex convenientibus principiis ostendatur & confirmetur. Etsi autem perfecti interpretis officium tam latè patet, quàm Scriptura Sacra, atque adeò ad illa etiam explicanda pertinet, quæ sine jactura salutis ignorari possent, quorum bonam partem scriptura continet: tamen ad munus docendi in Theologia rectè obeundum satis fuerit ea scripturæ loca dextrè interpretari posse, quæ dogma aliquod fidei vel morum aut explicitè & verbotenus

tenus proponunt, aut mediante necessariâ & evidentî consequentiâ confirmant, aut ad falsum dogma stabi-
liendum adhiberi ab adversariis solent.

§. 31. Confirmatio non locum habet circa ea dogmata, quæ explicitè (sive ipsissimis, sive æquivalentibus verbis) in Scriptura Sacra traduntur. Hæc enim Christianis, qui scripturæ divinam auctoritatem agnoscunt, per se sunt ἀξιόπιστα, nisi quòd quoad verba, quibus efferuntur, interdum dextrâ interpretatione indigeant, ceu modò dictum fuit. Sunt autem alia fidei dogmata, quæ cum non explicitè (nec iisdem, nec æquivalentibus verbis) sint revelata, possunt tamen ex manifestis scripturæ dictis per necessariam & evidentem consequentiam deduci & confirmari. Adsumo in exemplum dogma de personalitate Spiritus sancti, quod non est explicitè revelatum, siquidem nec iisdem nec æquivalentibus verbis Spiritus S. in Scripturis Sacris persona esse dicitur. Huic interim dogmati confirmando satis est, quòd scriptura passim commemorat, Spiritum S. loqui, testari, consolari, docere, &c. Harum enim operationum necessarium consequens est, ut à persona proficiantur.

§. 32. Defensio æquè ac confirmatio tantum circa conclusiones requiritur; imò & ipsa interdum suo modo est quædam confirmatio, nisi quòd respectum habet ad adversarios veritatem impugnare ausos, quibus opponitur. Non autem uno modo illi bellum veritati movent. Aliquando negant consequentiam, qua verum dogma ex manifesto scripturæ dicto concluditur; quo in casu veritati defendendæ satis erit, si consequentiæ necessitas

E

in cla-

in clara luce ponatur. Aliàs etiam argumenta ad infrin-
gendam veritatem eudunt & hinc illinc conquirunt, qui-
bus evertendis datâ operâ, fit iterum, ut illa defendatur.
Nec rarò aliud dogma falsum, & veritati è diametro op-
positum comminiscuntur, idè pro verò & divinitus re-
velato habericupiant, contra quos veritati in promptu
est duplex defendendî ratio. Una est, cum verum dogma
manifesto scripturæ testimonio directè confirmatur, ut
inde evidenter appareat, non posse non falsum esse &
erroneum, quod illi vel contrariè vel contradictoriè op-
ponitur; quomodo defensio est directâ veri dogmatis
confirmatio, & indirectâ falsi confutatio. Altera erit,
cum ipsum dogma falsum directè confutatur, seu falsita-
tis convincitur, non eò quòd ex uno atque altero scriptu-
ræ dicto non consequatur, sed quòd ex nullo; aut quòd
ex malè intellecto; aut quòd ex principio omnibus fidei
controversiis alieno, (sive aliàs vero in suo genere, sive
falso) deducatur. Hæc quidem est directâ falsi dogma-
tis confutatio; sed dicitur veri defensio, quia est indirectâ
hujus confirmatio. Postre nùm spargi etiam videas do-
gmata, quæ cum ex nullo scripturæ effato possint confir-
mari, non tamen sunt ulli vero dogmati opposita. Ho-
rum itaque destructione non efficitur, ut ullum fidei do-
gma saltem indirectè defendatur, quia illorum adstru-
ctione nullum evertitur: tota tamen doctrina sana rectè
dicetur defendi, quatenus cavetur, ne in numerum arti-
culorum fidei commentum humanum irrepât.

§ 33. Actibus Theologiæ explicatis, ex quibus
illius natura proximè evidenterq; perspicitur, nunc
nemini obscurum esse poterit, quid inter illam & fidem
habi-

habitualem intersit. Non autem spectanda erit fides infusa, quam Theologia, quia habitus acquisitus est, hoc solo nomine à se diversam relinquit, nec rarò penitus ab illa separatur; sed potius fides acquisita, quam etsi Theologia in essentia suæ consortium non recipit, comitem tamen semper habet, ceu paulò post ostendendum erit. Cum verò ipsi cum Theologia commune sit, versari circa objectum divinitus revelatum sub divinâ revelatione: omne discrimen ab actibus accersendum erit. Primum illud quidem supra satis interpretatum recolimus, Theologiae actus esse practicos, & huiusmodi, ut animum non modò ipsum secundum se, verum etiam fide habituali sublevatum ad actum credendi dirigant. Nihil itaque abest, quin fides habitualis Theologiae, sicut virtus moralis prudentiae respondeat: utraque enim alterius ductu ad finem propositum dirigitur: nisi quòd virtus moralis semper conjuncta sit cum prudentia, cum contrâ fides habitualis sine Theologia possit haberi & conservari, adsumptis in exemplum illiteratis atque idiotis, quos fide habituali præditos, rectè quidem fideles; non autè Theologos appellamus. Neque cum fides sine Theologia relinquitur, ipsi deest aliquid, quò minus ad actum credendi sufficienter dirigatur. Si enim architectorum ministri secundum ideam ab illis præscriptam, licet ipsimet arte architectonicâ non valeant, possunt ad amussim operari: quid obstabit, quò minus Christiani, qui Theologiae habitu carent, saltem secundum doctrinam à Theologo doctore acceptam possint in propositum finem convenienter ferri? Si fortè in idiotis fide habituali præditis requiras notitiam practicam æquè cum illâ habitualem,



cujus ductu ad actum credendi dirigantur: illam quidem dari non negaverim; saltem Theologiam esse aut dici posse nego. Cum enim Theologia non sit sola & qualiscunque credendorum agendorumque notitia, sed unâ explicandi illa & confirmandi peritia: abnutat se cum illa habituali notitia, quæ idiotas ad fidem dirigit, nec ad docendum quicquam valet, eodem loco haberi. Neque huic absimile est discrimen, quod inter Ethicam & prudentiam haud obscure perspici datur. Cum enim hæc sit habitualis agendarum fugiendarumque rerum notitia, & omnis ejus vis huc spectet, ut homo illius ductu ad actiones virtutum dirigatur: tum Ethica præter talem notitiam simul docendi & confirmandi moralitatem, & quicquid ejus est, ad propria principia revocandi facultas censenda erit.

§. 34. Deinde etiam fides & Theologia differunt, quòd hæc sit discursiva, cum doceat, docendoque confirmet & defendat; illa verò feratur super objectum non discurrendo, sed ob solam revelationem ad adsensum inclinando. Fortasse autem ea in re non inest nulla dubitatio. Si enim fides propterea non est discursiva, quòd solâ divina revelatione tanquam ad sentiendi ratione nititur: eodem jure Theologia à se etiam discursum removebit, cum & ipsa ad sensum à divina revelatione suspendat. Deinde etsi fides eatenus discursu abstineat, quatenus fertur super dogmata in scriptura explicitè & signatis verbis revelata, quæ inter Christianos veluti principia nec confirmatione nec defensione egent: tamen cætera quæ implicitè revelata sunt, quia non nisi mediante consequentia cognosci possunt, discursivam fidem requirere videntur.

videntur. Verumtamen utrique dubitationi occurrere haud erit difficile. Quod ad Theologiam attinet, quilibet ejus actus, qui quidem ad fidem dirigit, est notitia objecti credibilis cum assensione, quod sit credibile. Atque ita duos quasi actus includit, notitiam objecti credibilis & ad assensionem. Ex parte notitiæ Theologiam esse discursivam, clarius est, quam ut quemquam possit latere. siquidem dogmatum implicite revelatorum notitia non nisi per consequentiam ex manifestis scripturæ dictis nexam acquiritur. Secus autem pronunciandum est de assensione, qua objectum, posteaquam cognitum est, credibile esse judicatur: Certè illa non à consequentia, sed à divina revelatione accersitur. Per consequentiam enim nihil nisi hoc efficitur, ut objectum credibile, quod implicite revelatum est, explicite cognoscatur. Posse autem aliquem in notitiam objecti credibilis sine ad assensione ferri, quis dubitat? Cum enim, exempli gratiâ, scriptura in unitate essentiae Divinæ patrem & filium, seu genentem & genitum esse affirmat, ex hoc effato Ethnicus æquè ac Christianus animadvertit necessario effici, ut in unitate Divinæ essentiae sint duæ personæ realiter distinctæ, quanquam ille, quia Divinam auctoritatem scripturæ negat, quamdiu negat, dogma de pluralitate personarum in una Dei essentia credibile esse non agnoscit. Atque hinc vel maxime patet, consequentiam notitiæ objecti credibilis comparandæ idoneam non esse simul assentiendi rationem. Concedendum itaque erit, Theologiam saltem eatenus non esse discursivam, quatenus objectum credibile per consequentiam investigatum & cognitum ob solam divinam revelationem credibile esse



judicat. De actu fidei, quo illud, quod credibile esse judicatur, secundum directionem hujus iudicii creditur, idem statuendum erit. Perspicuum enim est, propter eandem rationem aliquid credi, propter quam credibile esse videbatur. Si itaque propter solam Dei revelationem tanquam credibile accipitur, quicquid sive explicitè sive implicitè à Deo revelatum est: utique negari nequit, quicquid ejus est, quod pro divinitus revelato habetur, propter solam etiam revelationem credi. Quamobrem concludimus, fidem nulla ex parte esse discursivam, ne quidem circa illa dogmata, quæ per discursum ex scriptura deductum cognoscuntur: quia hæc etiam, posteaquam per discursum innotuerunt, æquè ac ipsissima scripturæ effata propter solam Dei revelantis auctoritatem ad assensum dignatur.

§. 15. Discrimine inter fidem & Theologiam explicitius ostenso, breviter & quasi in transcurso explicandum est, quod suprà dixi, fidem acquisitam esse assiduum Theologiæ comitem, nec ab illa posse unquam abesse. Duo autem in unumquemque cadunt, in quem quidem fides cadit: notitia objecti credibilis cum assensione, quod sit credibile, siquidem assensio hæc est necessaria, ut notitiam practicam, qualis hic requiritur, constituat; & dein ipsa fides habitualis secundum directionem notitiæ practicæ in actum credendi propensa. Notitia practica non se comitem tantum præbet Theologiæ, sed ad ejus essentiam pertinet. Cum enim de cujusvis habitus essentia sit, quod actibus cum assensione eliciendis & ad propositum finem ordinandis valeat: consequens est, ut notitia objecti credibilis non constituat, nec compleat Theologiæ essen-

essentiam, nisi quatenus est cum adfensione conjuncta, & ad finem Theologiæ propositum ordinata. Hinc si quis interpretetur scripturam, & conclusiones ex ea deducat, nec tamen adfentiatur seu agnoscat, quod quæ mediante interpretatione & consequentiâ vestigavit, sint credibilia: nã ille nihil minus quàm Theologus erit. Quod enim in aliqua disciplina practica, v. g. Ethica proximè intenditur, seu agendum in ea proponitur, de eo Aristoteles pronunciat oportere esse præcognitum τὸ ὄν, *quod est*, quia ἀρχὴ τὸ ὄν. Cum itaque finis Theologiæ sit fides, oportet hoc primum in ea esse præcognitum, quod quæ in ea proponuntur, sint credenda. Quod quamdiu aliquis non agnoscit, non erit idoneus, qui habitum Theologiæ sibi comparare possit. Ex illo itaque principio fluit, quod Theologus nullum dogma credibile mediante sive interpretatione sive consequentiâ cognoscat, & proponat, nisi cum adfensione, quod sit credibile. Sicut autem actus credendi non est actus Theologiæ proprius; saltem cum sit finis ejus, per proprios ejus actus præscribitur & tanquam praxis dirigitur: ita quoque fides habitualis non venit in partem essentiæ Theologiæ; huic tamen in eodem subjecto semper adest tanquam habitus, quem ad illam adferunt, qui illi se expoliendos tradunt, non ut Christiani, quales jam tum sunt, sed ut ipsimet olim evadant Theologi. Ita quidem comparatum est, ut fides secundum directionem actus practici nemini obtingat, nisi imperante seu movente voluntate. Sicut autem in Theologiæ auditore id tanquam primum præcognitum requiritur, ut credendum esse agnoscat, quicquid in illa sub divina revelatione proponitur: ita quoque hoc
requi-


lib. 1. Eth. c. 2.


requisitum in ipso nec minus, quàm illud necessarium est, ut voluntatem & inclinationem credendi, & quam propria animi affectione tenere præsumitur, ipsam fidem ad Theologiam adferat: perinde ut ille, qui ad Ethicam audiendam descendit, necessum habet adferre *mores virtuti accommodatos, ut honestatem diligat & abhorreat turpitudinem.*


L. x. Eth. c. 10.


§. 36. Posteaquam omnia illustrata sunt, quæ quidem ad Theologiæ essentiam pertinent; nihil abest, quin cuivis illa circumspicienti in promptu sit brevem & adæquatam Theologiæ definitionem reddere, quam non ineptè hisce verbis expresserit: *Theologia est habitus sub divina revelatione, mediante dogmatum divinitus revelatorum explanatione & confirmatione, dirigens hominem ad fidem, aeternæ beatitudinis consequendæ gratiâ.* Quæ cum essentiam Theologiæ sine ullo tam defectu, quàm redundantia declarant, tum summam dictorum strictim ab oculis ponunt, non quidem nominato habitu *præctico*, quia *dirigens ad fidem* illi æquivaleret, nec inter actus numeratâ *defensione*, quia modo supra exposito sub *confirmatione* venit. Cæterum quando ad finem festinat disputatio, ne quid in *παιδεία* requisitum omitatur, de divisione etiam pauca accipe. Quemadmodum autem tota philosophia civilis in Ethicam & Politicam dispescitur, quarum illa, veluti pars communis, generalia benè vivendi præcepta tradit; hæc verò veluti pars propria ad Rempublicam se accommodat, singulis ejus sociis suum assignando munus, quod boni publici causâ obire debeant; ita quoque Theologia in partem communem & propriam secari non renuit. Prior esto, quæ omnes Christianos, quâ salvandos, informat, neque ulli quicquam præscribit, quod ad alios non parâ ratione pertineat. Posterior erit, quæ docet Ecclesiæ constituendæ & conservandæ modum, singulisq; qui in illa sunt, tum docentibus, tum discipulis sua munia attribuit. Cæterum utraque pars pro eo ac disciplinæ *præcticæ* convenit, in plures partes secanda erit, quas particulatim recenseri nunc quidem charta non patitur; singulas autem & suo quasque ordine dispositas ipsa tractatio indicabit.


F I N I S.






















DISPUTATIONUM THEOLOGICARUM PRIMA,

XXV

Qua
ΠΑΙΔΕΙΑ,
SEU

INTRODUCTIO

in Theologiam proponitur;

Quam
In Academia Hasso-Schaumburgicâ, Divinâ
aspirante gratiâ,

CONSENSU ET AUCTORITATE
Venerandæ & Amplissimæ Facultatis Theologicæ,

SUB PRÆSIDIO

M. PETRI MUSÆI

Professoris Publici,

Placida disquisitione subjicit

THEODORUS Engel/ HUXARIENSIS.

Ad diem VII. Id. Decembr.



T 167

RINTELII AD VISURGIM,

Typis exscripsit PETRUS LUCIUS, Typogr. Acad.

ANNO M DC XLIX.